

Anno 1603.

Die Octobris duodecimo hora p.m. sexta et 7

Syncei studiosi laboris quo tunc per semidiem uacauerunt cupidi in unum se collegere  
 ualidior namq. primis superatis animis reddebatur et noua iam magis ardua a rixere  
 gestiebant cum nulla intermissa mora quodnam quotidianum exercitium assumendum | discutien-  
 de propositam assignarant ut e quorumq. dictis potiora seligerent, nec ulla dubio decretis pre-  
 missa contrarietatis inuenio adeo erant unanimis duo igitur ut dixim decreuere | cuiq. alicuius  
 scientie sectionem | cuiq. alicuius officij necessarii ad ministratorem | esse assignandam ex oiu  
 consensu quod ita executum in eodem consilio nam  
 Illuminatus Sceptor Platonica et Transnaturalis Phila ut antea erat confirmatus nempe a Sectione  
 dieum aliquot spacio ob sollicitam Astrologia fabricam uacationem insuperq. <sup>in sideribus</sup> ma-  
 scientia constitutus primus Synceor Magister pro officio declaratus et experientiarum  
 abditorum astute uisus <sup>in medicinali</sup> propositor quotidianos et quorumq. arcaconum sagax promissor  
 Coluagus sua Philosophia tunc Sceptor constitutus ac Consiliarius maior ei naturalium expo-  
 rimentorum propositus et necessarium ad Synceorum studia quarumq. rerum demandata  
 inexorabilis promissio.  
 Tardigradus Lucilica Geometria deputatus Sceptor ac Synceorum maior Consiliarius Machinam  
 et Instrumentorum Mathematicorum propositor declaratus ac ceteris et sideraliu motuum  
 constellationumq. promissor et calculator.  
 Celipatus Historiarum Sectionem sortitus est Synceorumq. Secretarius constitutus ut nempe  
 acta omnia in hoc libro scriberet et notaret mirabilium experientior propositor et externarum  
 rerum promissor.  
 His assumptis negocijs tempus determinatum ne inordinate quidquam fieret  
 Sectionum dies tres in hebdomada constituti. Ponium Solarem et Martium quibus quinq.  
 Sectiones nempe prima duo ab Illuminato <sup>Quarta</sup> tertia a Coluago <sup>Tercia</sup> quarta a Tardigrado Quinta  
 ab Celipato Legerentur  
 Nec dies tres ceteris Syncei se feriarunt in ijs enim propositis officium uaria circa mirabilia  
 experientiarum exercitia inducibat sic inuicem incumbendo ut in speculatiue requiem saccede-  
 ret ea enim fessi animi respirabant, hocq. ita decretum ut <sup>in</sup> promissumq. incumbere Syncei  
 a experimenti autem propositoris cura esse precipua.  
 Et autem a lectionib. proficua exierent utilitatem tempore etiam disputationib. assigna-  
 tam nempe die in hebdomada unicum ad defendentis lectionem eotamen ordine ut  
 semel in uerse cuiq. suas conclusiones defendendas essent omnib. ceteris oppugnantib. absque  
 errantium derisione.  
 Consilijs autem faciendis tempus ut occasio nosceret assignatum, his tamen non cogentis  
 Quotidie Solaris uis uespere faciendum decreuere,  
 Ita Constitutis quotidianis exercitijs quoniam maiores longe laboras eosque  
 insuetis superandos sese obtulerant ne uires animo cederent ut tironibus <sup>potius</sup>  
 accidere solet, preparatori per biduum ab omnib. laboribus cessare  
 Et mirum equidem non sine maxima iucunditate uidebatur Quaternos magistros  
 quos quisq. ternos instruebat discipulos in Academia esse nec Synceoru in magistros ac disci-  
 pulos numerus quaternarium excedere.  
 Et tamen pulcherrimo ordine hoc prosecutur ut quisq. discipulorum suorum  
 omnium doctor discipulas ac condiscipulus foret.  
 Ita dignitates ministerijs honoris oneribus comiscebant  
 Ita uera fraternitas abiecta superbia inuidia ac coeteris uitijs parium uirtutum  
 incremento nutriebatur.